

geburt dryczehen hundert iar in dem vir vnde nunczigesten iare an dem vyrden sun-
tage nach ostern als man singet Cantate.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergament-
streifen.

No. 731. 1394. 10. Juni.

*B. Johann III. eignet der Domkirche das Dorf Reinharczdorf und bestätigt die Stiftung des Decans
Joh. von Poczte. Vgl. No. 725 und 727.*

Johannes dei et apostolicae sedis gratia episcopus Misnensis — tenore prae-
sentium recognoscimus, quod constitutus coram nobis honorabilis vir dominus Johan-
nes de Poczte nostrae ecclesiae Misnensis decanus asseruit, quomodo tempore sede
nostra Misnensi novissime vacante villam Reymarsdorf vel alias dictam Reinharczdorf
sitam prope Wartham a strennuis Johanne et Tammone fratribus dictis Karas, qui
dictam villam ab ecclesia nostra in feudum habuerunt, — emisset, dictique fratres
Johannes et Tammo ipsam villam — coram venerabilibus dominis . . amministrato-
ribus ecclesiae nostrae — et capitulo nostro Misnensi eidem domino Johanni decano
ob hoc consentiente libere resignassent, qua resignatione — facta amministratores et
capitulum sibi domino Johanni decano huiusmodi villam cum singulis suis iuribus et
pertinentiis contulissent, deinde collatione dictae villae sibi facta, pro solempnisatione
festi commemorationis gloriosae et intemeratae virginis Mariae, necnon pro anni-
versario suo et parentum suorum in ecclesia nostra Misnensi perpetuis temporibus
peragendo ipsam villam superius nominatam capitulo nostrae ecclesiae Misnensis libe-
raliter donasset, — qui quidem amministratores et capitulum ad ipsius domini Jo-
hannis humiles preces dictam villam benivole ab ipso recepissent, et iuxta ordina-
tionem et votum eiusdem capitulo ecclesiae nostrae praetacto appropriassent —, prout
haec omnia et singula in litteris administratorum et capituli — desuper datis et confectis
plenius continentur, et memoratus dominus Johannes decanus nobis humiliter suppli-
cavit, ut auctoritate nostra ordinaria venditionem emptionem — et incorporationem
dictae villae Reymarsdorf, alias Reinharczdorf, necnon ordinationem ministracionum
de bonis dictae villae certis temporibus faciendarum iuxta continentiam litterarum
desuper confectarum admittere — et confirmare, ac saepe nominatam villam cum
singulis suis pertinentiis capitulo ecclesiae nostrae Misnensis de novo donare — et
incorporare ex paterna benignitate dignaremur. Nos igitur Johannes episcopus —
auctoritate nostra ordinaria dictas emptionem — incorporationem villae praedictae
et ordinationem ministracionum de dictis bonis — confirmamus, ratum et gratum —
habentes omnia et singula praedicta, ac si per nos facta essent et consummata. Et
insuper ex speciali nihilominus gratia et favore, quibus ecclesiam et capitulum nostrum
merito amplectimur, praefatam villam Reymarsdorf alias Reinharczdorf sitam prope
Wartam cum omnibus suis iuribus — ex certa scientia et favore speciali capituli
nostri Misnensis ecclesiae consensu accedente, eidem capitulo nostro Misnensi uni-
vimus — iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendam, nihil penitus
iuris nobis aut posteris nostris — reservantes. In cuius rei evidens testimonium,